

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XVIII. De Legitima Parentum tutela.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus *plerumque*: quia si a fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor.

I.

Tutela legitima Patronorum, ob Commodum Successionis, a. L. 6. §. 1. ff. d. V. S. (a) Patronis eorumque Liberis in Libertos impuberes defertur. § un. f. b. (b) Ea non nisi ad Mancipia Turcica a Dominis manumissa applicari potest. Cæterum ex Argumento hujus §. Successori plerumque (excipiuntur Fœminæ L. f. ff. d. (c) tut.) Tutelam imponentis 1.) deficientibus Agnatis, Domino Feudi Tutelam injungunt. a. 1. f. 24. 2) In *Saxonia* ad eos, qui simultaneam Feudi Investituram habent, Tutela devolvitur. §. Un. I. h.

TIT. XVIII.

De Legitima Parentum tutela.

Exemplo patronorum recepta est alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit. Ex Ulp. l. 3. § 10. ff. de legib. tut.

- (a) Verbum ex Legibus sic accipiendum est: tam ex legum sententia, quam ex verbis. L. 6. §. 1. ff. d. V. S.
- (b) Fœminæ Tutores dari non possunt, quia id munus masculorum est. L. f. ff. d. tutel.
- (c) Plerumque ubi Successionis est emolumentum, ibi Tutela onus esse debet. §. Un. f. b.

§. I.

§. Un.
I. h.

Tutela legitima Parentum Patri ad Exemplum Patroni in Liberos impuberes ab ipso emancipatos defertur. §. Un. *f. b.* Ea Hodie videtur recessisse ab Ufu. *a. N. u8. c. 2. 4. 5. D. l. 1. a. 23.* Pro Affini agnoscit Administrationem Patri Jure Patrie Potestatis (in Väterlicher Gewalt) competentem. *l. 1. C. d. bon. mat. l. 6. C. d. bon. quæ lib. & Tutelam Fiduciarium; illa est: vi cujus Pater, citra Confirmationem Magistratus & Obligationem ad Inventarium conficiendum Rationesque reddendas, l. 8. §. 4. C. d. bon. quæ lib. j. Dec. El. 21.* bona Liberos Adventitia administrat, agit excipitque.

TIT. XIX.

De Fiduciaria Tutela.

Filiam, a patre manumissi pater tutor est legitimus: eo vero defuncto, frater tutor fiduciarius existit.

Ex Ulp. d. l. 3. §. ult. & Modest. l. 4. de leg. 1. u8.

Est & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. Nam si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo defuncto, si liberi virilis sexus ei existant, fiduciarium tutores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, vel cæterorum efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores; quoniam filius quidem defuncti, si non esset a vivo patre emancipatus, post obitum ejus sui juris efficeretur: nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in tutelam. Libertus autem, si servus mansisset, uti-